



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ars Semper Gaudendi**

Demonstrata Ex Sola Consideratione Divinae Providentiae Et Per  
Adventuales Conciones

Laetitiae Perfectae Artificium In Conscientiae Recta Efformatione  
inuentum, & per Adventuales Conciones expositum ac demonstratum

**Sarasa, Alfonsus Antonius de**

**Antverpiae, 1667**

Remedium septimum. Peculiariter contra scrupulos, tamquam contra  
Diaboli tentationem, Deum oret.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11367**

miūm contrahatur. *Viam mandatorum Dei curabat David; sed cum dilatastis inquit cor meum.* Neque speciei aut formæ suæ curam omnem abjecisse dicenda est virgo, quæ non totos dies inhæret speculo; vt minimos in vultu detegat naus, vt diffluentem in conspectu cruentum minimum subigat, & inordinatum, prope distortum & castigatum, redigat. Non est hæc formæ cura; sed vana & ridicula superstitio.

REMEDIVM VII.

*Peculiariter contra scrupulos, tamquam contra Diaboli tentationem, Deum oret.*

*Ora scrupulosus enixè vt ab incitatione Diaboli possit liberari.*

**D**Enique cum tua sit Dæmonis vafrities; vt semper penes se se scrupulis interferat; eos aut moueat ipse; aut motos in imminutum augeat; falsisque rationibus quasi pigmentis adtulerit, vt aliquam saltem boni præterant similitudinem; istud tandem postremum est remedium; vt scrupulosus sincero animo ad Deum per orationem confugiat; eiusque contra Dæmonis insultus; auxilium seridè imploret. Præsentissima hæc est medicina; scrupulosus tamen raro vsitata; quod sibi à Diabolo hæc esse terri culamenta; vix aut ne vix quidem persuadeant. Hæc tamen arte ad superandam importunissimi hostis vafritiem vsus est David. Deficiebat animis tantus vir; *Contristatus sum; inquit; in exercitatione mea; conturbatus sum à voce inimici.* Quid deinde? *Ecce elongaui fugiens; & mansi in solitudine;* precibus nimirum intentus & Deo. Vt quid? *Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus; & tempestate.* Hæc igitur viâ insiste. Detarigari tibi mentem scrupulorum aculeis dum persentis; precibus insistendum est; alia agere dum non potes. Et primò quidem imbecillitatem tuam supplex agnosce; fatere quod res est; non esse Dæmonem hostem eum; qui viribus tuis sine Diuino auxilio exæquetur; neque parem te esse qui assaultus tam efferos vafrosque excipias; Hac sanè animi demissione fauorem tibi caelestem demereberis; viamque tibi sternes; quæ consilia tibi à Confessario applicanda promptus

*Fatentur imbecillitatem suam.*

Psal 54. v. 3. v. 8. v. 9.

& cum fructu excipias. Deinde lumen exposce quo rethnas <sup>Et divina</sup> valerrimi insidiatoris detur internoscere; quo sanctissimam <sup>gratia lu-</sup> Dei voluntatem sine errore vilo & fallaciã detur intueri; <sup>men exoret.</sup> quo denique dissipentur nubes illa, qua tenebras inducunt animo, & phantasmata discutiantur qua tantos hactenùs fecère metus, tantamque pacatæ menti induxère tempestatem.

44. Hæc si pro virili egeris, seridò & constanter; aderit profectò aliquando tandem expetita mentis serenitas & pax. Sin autem; tum sanè contrahendi sunt humeri, sufferendum est durissimum quod à scrupulis infertur bellum; magno tamen & erecto animo; cum certum illud sit, non passurum misericordem Deum, *tentari vos supra id quod potestis, sed vultestatur Apostolus, faciet etiam cum tentatione proquentum.*

1. Cor. 10. v. 13.



Kk 3 TRACTA